



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XV. Baptisma Christi & Ioannis an sit idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

fatuæ excusantur à nuptijs, non quod  
virgines nouissent in fide illibata; sed  
quod non ornari essent lampadibus pa-  
ratæ. Certe i. Pet. 2. *Milii erat eis non  
cognoscere viam iustitie.*

2. Atque tamen si Rom. II. Tu fides: as:  
tamen Noli altum apere: nam excidere si-  
de potes: Sicut pater mendacij ab initio in  
veritate non fletit. Meus ille Iudas verè, vt  
cæteri, credidit; at excidit fide, ac periret.  
Ita multi, i. Tim. 1, circa fidem naufragi-  
uerunt. Thômas & Apostoli steterunt  
mecum in fide; sine me exciderunt: per-  
iissent, nî ipsos restituissim.

#### QVÆSTIO XIV.

*An baptismus liberet fidèles a lege Dei, Eccle-  
sie, & à Voto?*

#### XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI aiunt,  
Christianos ad aliam Deiclegem non obliga-  
ri, nisi ad Fidem: inq; hoc Christianam con-  
stere libertatem. Vide Lutherocal.p.3.q.27.

CHRISTVS. Ego vero perne-  
cessarium esse docui: Matth. 19. Si vis ad  
vitam ingredi, serua mandata: Omnino,  
Mat. 5, nolite putare quoniam veni soluere le-  
gem. &c. Proinde qui seruat mandata mea,  
hic est qui diligit me. Mat. vlt. Baptizantes.  
&c. & docentes eos seruare, quæcumque man-  
dani vobis.

#### XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI aiunt omnes,  
Baptismum omnes ab omni etiâ humana le-  
ge obseruanda absoluere, cum nulla obligare  
conscientiam possit. &c.

CHRISTVS. Tales me conuenie-  
bant, vt circumvenirent, Luc. 20. Licet  
ne tributum dare Casari, an non? Quibus in-  
quam: *Quid metestatis hypocrita?* Ro. 13.

*Omnis anima Potestatis sublimioribus sub-  
ditâ sit. Non est enim potestas nisi à Deo. &c.  
Mat. 7. Reddite ergo Casari, quæ sunt Ca-  
sari, & qua Dei, Deo.*

2. Quid ego Pilato? Ioan. 16. Non ha-  
beres potestatem aduersum Me ullam, nisi tu  
bi datum esset desuper. Idec, Heb. 13. Obedi-  
te Præpositis vestris, & subiacete illis. Ipse  
nim per vigilant pro vobis, quæsitionem red-  
duti i pro animabus vestris.

#### XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ: Baptismus libe-  
rat à Voto tam faictis, quam faciendis.

CHRISTVS. Stat, perstatq; lex, Ps.

75. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.*  
Et vero præclare norat vim Voti mea  
Deipara, dum dixit ad Angelum: *Quomo-  
do fieri istud, ut à voto absoluatur, quoniam ex  
voto virum non cognosco?* Deuotæ enim  
Deo, i. Tit. 5. *Cum luxuriate fuerint in Chri-  
sto rubore volunt, habentes damnationem;*  
*quia primam fidem irritam fecerunt: at hæ  
baptizatæ fuerant, neque tamen à voto  
liberatae.* Plura par. 2.

#### QVÆSTIO XV.

*Baptismus Christi, & Ioannis an si  
idem?*

#### XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ, p.3.q.31. contra Lu-  
keum, affirmant idem esse sacramento,  
& efficacia.

CHRISTVS. I. Nec ipse Ioannes  
baptismum suum esse Sacramentum  
vnquam dixisset: quod altioris id esse  
potestatis sit professus: *Non sum ego Chri-  
stus: sed qui medius vestrum fletit, ille est: ca-  
sus non sum dignus soluere corrigiam calce-  
menti.*

2. Ipse

2. Ipse differentiam edidit: Mar. I, *Ego baptizavi vos in aqua sola, absque verbi concepta forma: Ille vos baptizabit in Spiritu S.*

3. Illius baptismus proprius dictus est *Baptismus Ioannis*. Mar. II. Luc. 20. Act. I. 18. 19. quod nihil ei Numinis inest. Hinc, Mat. 3. *Videns Ioannes multos, venientes ad Baptismum SVVM. Et Ego, Mat. 22. Baptismus Ioannis de caelo erat, an ex homini bus?*

## XX. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ parem Ioannis & Christi baptismis vim assertunt valuisse ad remissionem peccatorum ut ea non imputarentur.

**CHRISTVS.** 1. *Quanto præstansior est Spiritus aqua, (ait recte S. Basil. lib. I. de bapt.) tantum excedit qui baptizat in Sp. S. illum, qui baptizat in aqua: Et ipsum adeo baptisma: quantumque sacramentum est prænon sacramento.*

2. Officium Ioannis erat, non instituere sacramentum: sed quod Angelus descripsit, Lu. I. *Præbit ante Illum in spiritu & virtute Helie. &c. parare Domino plebem perfectam*. Ioan. I. *Ego vox clamantis: parate viam Domini. Venit ergo ad dannam scientiam salutis, non salutem ipsam vi Sacramenti.*

## III. DE CONFIRMATIONE ET EUCHARISTIA.

## QVÆSTIO XVI.

*An Confirmationis verum Sacramentum?*

## XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ negant. Vide Luther. calvin. p. 3. q. 26.

**CHRISTVS.** Quæ tria ad sacramenti essentiam requiri possèvidentur, ea adsunt Cōfirmationi Promissio, Signum cum verbo & Mandatum.

I. PROMISSIÖNEM feci per amplam ac illustrem, Ioa. II. 14. de Sp. Sancto Consolaturo meos; Ioan. 15. & confortaturo ad testificandum; & Ioan. 16. daturo Apostolis ac fidelibus robur ad arguendum mundum de peccato, de iustitia, & iudicio. Ideo iussi, Luc. vlt. Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto. Act. I. Accipietis Virtutem supervenientem Sp. Sancti in vos, & eritis mihi cœlestes. Atqui hæc insuper promissio facta est iam diu multumque catechizatis. Et baptizatis, sive in gratia positis; & tamen ampliore confirmandis.

II. SIGNUM sensibile cum Verbo, quibus ea promissio applicetur, est Manus impositio cum oratione. Et Apostoli quidem acceperunt eam gratiam absque medio, at non absque miraculo, in die Pentecostes: Cæteri vero cum medio dicto per Ministerium Apostolorum. Act. 8. Tunc imponebant manus super eos, & accipiebant Sp. Sanctum. Idem Act. 19. Atque ad hoc medium i. fallibilis subsequebatur effectus, diu visibiliter supervenientis Sp. Sancti, demum invisibiliter. Patet concionante Petro, Act. 2. idemque ex Iohanne testante, Item Act. II. Cornelium eiusque comites catechizante, & ad manum impositionem veniente Sp. Sancto sic, quod, Nihil diffreuit inter nos & illos, inquietabat.

III. MANDATVM colligitur ex ordinata.

I 3.

